

IN

SYMBOLA HEROICA

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI

viri Dn. Salomonis Neugebaueri à Ca-  
dano Borussi.

GOTHARDVS ARTHVSIVS D.

NEVGBAVERE tuum non est absque omine nomen,  
Ingenio condis nam noua multa tuo.

Tu peregrinandi nobis præcepta dedisti,  
Hospes in his oris dum peregrinus eras.

Tu descripsisti Mosci loca vasta Tyranni:  
Moresque & leges, quas fera turba colit.

Nuper & historiam emisit tua cura Polonam;  
Ipsa Prutenorum resque datura breui est.

Symbola Magnatum nunc quanta & qualia profert  
Condendi studium multa sunt inde tuum!

Est aliquid certe, nec gloria parua putanda:  
Nobile de clara ducere stirpe genus.

Maior honorata censenda est gloria stirpis,  
Publica virtutis promere signa sua.

Viue diu, & similes permultos ede libellos,  
Stabit in aeternum Nobilitatis honos.

IN